



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCXLIX. ad annum DCLXXVI.

Parisiis, 1644

Variae Lectiones Frontonis Dvcae Societatis Iesv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15300

*portiones, id est, episcopi una, alia clericorum, tertia in recuperatione vel
luminariis ecclesie.* Et Concil. Tolet. IV. cap. 33. & IX. cap. 6. Vnde
tertia semper ecclesiastarum reparationi cessit: episcopus vero, cui sua
non sufficiebant, eam ad sui sustentationem & honorem episcopalibus
dignitatis exigebat.

Cap. 19.
In missa fit
commemo-
ratio viuo-
rum & de-
functorum.

*Eorum nomina.] Quod nomina viuorum & mortuorum citaren-
tur in sacrificio corporis & sanguinis Christi, multis decretis patet.
De qua re diximus Tolet. Concil. XI. cap. 12. Id constat præsertim
ex Innocentio I. epistola 1. ad Decentium episcopum, & Augustino
epistola 137. & Gelasio papa epistola ad Anastasium Augustum, &
Chrysostomo homil. 6. in cap. 2. epist. 1. ad Timotheum, & aliis.
Fundatoribus ecclesiastarum multa conceduntur Concil. Tolet. XV.
cap. 2.*

Cap. 20.

*Libertos debeat facere.] De libertorum seruitute, manumissione,
& aliis, multa traduntur Concil. Tolet. XV. cap. 11. & sequentibus,
& Concil. Hispal. II. cap. 8. de Elisseo ex familia Egabrensis eccl-
esiæ, & Concil. Hispal. I. cap. 2.*

*Subscriptiones.] Subscribunt in hoc Concilio aliqui episcopi qui in
superioribus interfuerunt: vt Adeodatus Pacensis, qui in VIII. To-
let. & Selua Egiditanæ, qui in eodem VIII. Reliqui aliis succe-
sunt episcopis: vt Asphalius Abelenensis, qui succedit Amanungo, in
VIII. Toletan. Aluarius Caliabrensis Celedonio, in VIII. Tolet.
Cantaber Conimbreensis succedit Siseberto, in VIII. Donatus Cau-
riensis Ioanni, in VIII. Exarnus Oxonobensis Saturnino, in VIII.
Iustus Salmanticensis Egeredo, in X. Tolet. Proficius Emeritensis
Orontio, in VIII. Toletan. Petrus Elborensis Abentio, in VIII.
Theodoricus Olyssipponensis Cæsario, in X. Tolet. Theodisclus La-
mecensis Filimiro, in VIII.*

Aduertendum etiam æra 704. in prouincia Lusitaniæ vna cum
metropolitana esse duodecim sedes episcopales, nimirum:

| | |
|---------------|--------------|
| Emeritam. | Salmanticam. |
| Egeditam. | Conimbriam. |
| Pacem. | Cauriam. |
| Abelam. | Oxonobam. |
| Olyssipponem. | Elboram. |
| Lamecum. | Caliabriam. |

VARIÆ LECTIONES FRONTONIS DVCÆI SOCIETATIS I E S V.

Titulo 8. *De parochiis intentionem.] qui inter se contentionem de parochiis
habent.*

Titulo 10. *Et primicerum in ecclesia.] primicerium in ecclesia.* Primicerii, no-
tariorum & aliorum, passim inter nomina magistratum Romanorum,
imperatoribus aut Gothis regibus rerum potentibus in Italia,
occurrit: vnde & ad ecclesiasticas dignitates vox illa traducta, quā
etiamnum ecclesiæ quædam, inter quas Metensis, retinuerunt.

VITALIANVS EMERITENSE. CONSTANS IMPERATOR.
PAPA. RECESVINTHVS REX HISP. 491

ANNO
CHRISTI
666.

Honorandi & magnificandi.] honor. & munificandi, vide cap. 13. Titulo 13.
Residentibus Ierusalem.] & residentibus in sancta Ierusalem eccle-

sia, que in Emeritensi

Recesvintho.] Recesvintho orantes diuinam

Gratia fauente.] gratia fauente diuina : quatenus

Patrum regulam.] Patrum regulam, fides que nobis est tradita, Capitulo 1.

Catholica : quamlibet permultis.] legendum fortasse, quantumlibet
per multa Concilia maneat memorata,

Perueniendi ad aliud.] perueniendi ad illud ratio

Et viuiscatorem, ex Patre.] & viuiscantem, ex Patre Filioque pro-
cedentem.

Pœnas eternas.] pœnas eterni supplicii luet.

Vnum esse in Trinitate, anathema sit.] vnum esse in Trinitate
Deum, anathema sit.

Ingredi fecerit contra.] progredi fecerit contra, vt in titulo capituli 3. Cap. 3.
rex in exercitu progreditur.

Vt salus cunctis.] vnde salus cunctis a Domino tribuatur, & victo-
ria illi ab omnipotenti Domino tribuatur.

Sobrie recteque viuat.] sobrie recteque viuant.

Cap. 4.

Iniunctum acceperit aliquid.] iniunctum habuerit aliquid agere,

Cap. 5.

Ab eo quem dixerit.] ab eo quem direxit. Hæc est lectio, vt antea di-
xit, Quemcumque ex presbyteris dirigere elegit.

Seruentur hæc monita. Communi.] seruentur hæc monita communi Cap. 6.
deliberatione.

Teneret diaœsem.] teneret ecclesiam. Ita postea partem appellat de Cap. 8.
alterius diaœci, rem de qua agebatur.

Prouincia quisquis episcopus.] prouincia quisque episcopus.

Quietus teneat.] quiete teneat,

Quo ad huius prouincie metropolim.] quod ad huius prouincie metro-
polim reductus est, & ille quod per longum tempus non possedit recepit,
& triginta adhuc non sunt illi impleti anni;

Per suum saionem.] per suum salonem recipiat.

Id instituitur esse seruandum.] id institutum esse seruandum, vt paro-
chias suas.

Quæ digne custodiatur.] quæ deinde custodiatur

Cap. 9.

Accipiat grata.] accipiatur grata:

Archidiaconum & primicerum.] archidiaconum & primicerium, vt Cap. 10.
in Concil. Tolet. VIII. post abbates & archipresbyterum subscrpsit
Silicolus primicerius, qui non a prima cera dictus videtur, quod mi-
nus in cera scriptus esset, vt neque dicitur testamentum quod testi-
monium sit mentis, neque vox est coniuncta sed simplex: sed, vt do-
cet Suidas επιμακέλος ὁ μεγάλος τῆς πατέρων, qui primus est in or-
dine, forte subdiaconorum, & archipresbyter præfet presbyteris,
archidiaconus vero diaconis: vide Can. 14. huius Concilii, vbi le-
gendum primicerius.

Esse: atque id intromissum est.] ad id quod intromissum est, vt dum Cap. 11.
quilibet

Concil. Tom. 15.

Qqq ij

- Sententiam visitandi sua.] sententiam visitandi suam parochiam, his potius inferatur iniuria, & moueat calumnia. Proinde*
- Cap. 12. Ut omnes episcopos.] ut omnis episcopus provincia nostra, si voluerit, Maneat per omnia licentia.] maneat illi licentia.*
- Electione, presbyteri ipsius.] electione sub presbyteri ipsius ordinatione Illi ministretur, ut non.] illi ministrent, ut non egeat:*
- Cap. 13. Qui malum aliquid.] qui malum aliquid, quod leges grauiter dabant, admisit, aut abiiciendi eum Episcopus. Ita paulo post dixit eum esse a clero abiiciendum, non abigendum.*
- Cap. 17. Pœnitentia religatus.] pœnitentia maneat relegatus.*
- Quia & in his discretionis.] quia & his discretionis adhibendus est gradus.*
- Cap. 18. Fideles esse debent.] fideles esse debebunt.*
- Correptione disciplina.] correptione disciplina feriantur. Ita paulo post loquitur, ab episcopo suo corriganter.*
- Cap. 19. Pro singulis diebus.] per singulos dies dominicos sacrificium Recitentur suo in ordine.] recitentur suo ordine.*
- Cap. 20. Non potuerunt; neque a seruitio ecclesie.] non potuerunt, nec a seruitio ecclesie unquam discedere, & pro his rebus Sunt vel fuerint facti.] sunt vel fuerunt facti.*
- Cap. 21. Liberos facere voluerint.] libertos facere voluerint.*
- Cap. 22. Prænotatae sunt superiori.] notatae sunt per ordinem.*
- Cap. 23. Quia singulari ordine.] qui singulari ordine non manent constricti.*
- Persoluimus laudes.] persoluimus grates: tanta maiest. collaudantes. Impendimus opem.] impendimus nomen;*
- Plenius diuinitus sibi.] plenius disponit diuinitus sibi.*
- Nunc & in omnia.] nunc & in secula seculorum. Amen.*

CONCILIVM ROMANVM
IN CAVSA LAPPENSIS EPISCOPI
ANNO CHRISTI DCLXVII. CELEBRATVM.

ANNO
CHRISTI
667.

NOTA.

Causa &
acta Con-
cili descri-
buntur.

^a *Concilium.*] Ioannes Lappensis episcopus in Creta, ab archiepiscopo suo iniuriam passus, appellavit ad sedem apostolicam, & ne interpositam appellationem ipse prosequi posset, inuitus detinebatur. Elapsus tandem venit Romam ad Vitalianum papam, ipsumque obnixe postulauit, atque coniurauit per terribilem aduentum magni Dei Salvatoris nostri Iesu Christi, ut secundum sacratissimos Canones institutaque sanctorum patrum causæ meritum inquiretur, & sententia promulgaretur. Non despexit iustum petitionem appellantis Vitalianus; verum deferens ipsius appellationi hanc Synodus episcoporum collegit, in qua eius causa cognosceretur. Post causæ diligentem inquisitionem & discussionem cognitum fuit ipsum appellantem graui iniuria affectum fuisse; ideoque communi